
Lingua Casmirica

Lingua Casmirica[2] seu Caspiraea (*Kŏśur*) ad linguas Indicas pertinet e divisione Indoiranica familiae Indoeuropaeae. In India adhibetur in regione vallis Caspiraeorum civitatis Jammu et Kashmir; plerique et lingua Urdu loquuntur; ibi locutorum 6.797.587 a censoribus anno 2011 reperti sunt.[3] Est lingua officialis eius civitatis, unaque inter 22 linguas Indiae schedulo enumeratas. Pauci Casmirice loquentes in Pakistania, Britannia necnon Civitatibus Foederatis habitant.

Lingua Casmirica کٲشُر कॉशुर	
IPA:	**[** [kəːʃur] **]**
Taxinomia:	Lingua Neoindica e divisione Indoiranica familiae Indoeuropaeae
Locutores:	6,797,587;[1]
Sigla:	1 ks, 2 kas, 3 kas
Status publicus	
Officialis	India
Privata	Pakistania
Litterae:	Litterae Casmiricae
Scriptura:	Arabica, Devanagari et Sarada
Procuratio:	nulla



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae



Linguae Indicae praecipuae

Anno 1908 Georgius Abraham Grierson, qui huic linguae assidue studuit, sic scripsit: "*Kashmiri is the only one of the Dardic languages that has a literature*" ("sola inter linguas Dardicas lingua Casmirica litteris ornatur"). Litterae Casmiricae a saeculo fere 13 nobis servantur. E verbis Griersoni apparet linguam Casmiricam interdum in serie linguarum Dardicarum enumerari; alii autem substratum linguisticum Dardicum recognoscunt, linguam autem in serie Indica boreoccidentali includunt.

Notae

1. Ethnologue (http://www.ethnologue.com/show_language.asp?code=kas) (sine anno)
2. "Caçmirica, Kaçmîrî": Christianus Lassen, *Institutiones linguae Pracriticae* (Bonnae, 1837) (Textus (https://books.google.com/books?id=L0gMAAAAYAAJ) apud *Google Books*) appendix p. 19 ff.
3. Linguae censuales (http://www.censusindia.gov.in/Census_Data_2001/Census_Data_Online/Language/Statement1.htm)

Nexus externi

- De hac lingua apud (http://www.ethnologue.com/show_language.asp?code=kas) Ethnologue
- De linguis civitatis Jammu et Kashmir (http://www.koshur.org/contents.html)
- Situs locutorum (http://llmap.org/languages/kas/static_map.html) apud *Linguist List*
- De lingua et litteris Casmiricis (http://vitasta.org/2001/2.1.html)
- Omkar N. Koul, "Spoken Kashmiri: a language course (http://koshur.org/Kashmiri/index.html)"

- P. N. Pushp, "Kashmiri and the linguistic predicament of the state (http://koshur.org/Linguistic/1.html)"
- Propaganda de scriptura Devanagari ad hanc linguam scribendam utiliori (http://www.koausa.org/Languages/devan1.html)

Bibliographia

- G. A. Grierson, *A dictionary of the Kashmiri language*. Calcutta: Asiatic Society of Bengal, 1932 Versio interretialis (http://dsal.uchicago.edu/dictionaries/grierson/)
- Jawaharlal Handoo, *Kashmiri Phonetic Reader*. Mysore: Central Institute of Indian Languages, 1973
- Okmar N. Koul, S. N. Raina, Roop Krishen Bhat, *Kashmiri-English Dictionary for Second Language Learners*. Mysore: Central Institute of Indian Languages, 2000. ISBN 81-7342-064-5